

V c  
2562









E L E G I A

IN OBITVM IL-  
L V S T R I S S I M I P R I N C I -  
P I S D. F R I D E R I C I S A -  
x o n i æ D u c i s & c. F i l i j i l l u s t r i s s i m i & c l e m e n -  
t i s s i m i P r i n c i p i s a c D o m i n i, D o m i n i A V G V -  
S T I D u c i s S a x o n i æ E l e c t o r i s, L a n d g r a u j  
T u r i n g i æ, M a r c h i o n i s M i s n i æ, &  
B u r g g r a u j M a g d e b u r -  
g e n s i s, & c.

*Scripta à*

M. Martino Henrico Saganensi.



V V I T E B E R G A E

E X C V D E B A T I O H A N N E S  
C R A T O,

A N N O M. D. L X X V I.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)





**P**ectore luctifonas Elegia rumpe querelas,  
 Mœstaq; flebilibus carmina funde modis.  
 Contege lugubri corpus Respublica veste,  
 Et tua iam trepida pectora plange manu.  
 Saxonis ora dole, Myforum atq; inclyta tellus  
 Thyrigetum, luctus iam date signa noui.  
 En fatus **AVGVSTO FRIDERICVS** principe, magnæ  
 Publica lætitiæ qui modo causa fuit,  
 Ante diem extinctus fatis, & ab vbere raptus  
 Nunc quoq; mœstitiæ publica causa nouæ est.  
 Quam nulla humanis certa est fiducia rebus,  
 Omnia prætereunt more fluentis aquæ.  
 Præter amare Deum nihil est durabile terris,  
 Et pietas firmæ dona salutis habet.  
 Nullaq; perpetuò felicia gaudia durant,  
 Vsq; adeo mala sunt plurima mixta bonis.  
 Ludit in humanis Domini sapientia rebus,  
 Lusus at hic magnæ pondera molis habet.  
 Sic varijs sanctos exercet cladibus omni  
 Tempore, vt afflicto pectore sæpe gemant.  
 Angitur & sentit tristes Ecclesia luctus,  
 Et noua quottidie causa doloris adest.  
 Fœlix qui varijs iactatus casibus, vno  
 In Domino retinet spemq; fidemq; **DEO.**



Ante suos oculos hunc ponit nocte dieq̄,  
Fretus & hoc superat vindice cuncta mala.  
Ille sibi semper constat, siue aspera rerum  
Sors tonet, arridens siue secunda iuuet.  
Nam quoties vento spirat fortuna secundo,  
Contrahit is timidæ turgida vela ratis:  
Rebus at angustis forti quoq̄ pectore sperans  
In Domino, vincit cuncta pericla fide.  
Nam, ceu Thariades, contra spem concipit intra  
Pectora spem validam, saluificamq̄ fidem.  
Velle DEVM credit constans, & posse iuuare,  
Nam bonus et sapiens, omnipotensq̄ DEVS.  
Iure quidem natos luget pia cura parentum,  
Et dolet orbati pignora chara thori:  
Sed releuare iubet patrium DEVS ipse dolorem,  
Et luctus certum præcipit esse modum.  
Lætitia siquidem æterna vitaq̄ fruuntur,  
Factaq̄ sunt regni portio grata DEI.  
Cætera mansueto bona conduplicantur IOB O,  
Pluraq̄ tunc recipit quàm periêre prius.  
Pignora sed tantum numero redduntur eodem,  
Et totidem recipit, quot spoliatus erat.  
Non amissa notat, præmissa sed omnia patri  
Pignora, munifica pro bonitate DEVS.  
Et tamen hæc numero duplicat, tandemq̄ repen-  
Quæ coeli fuerant sede recepta prius. (dit,  
Cætera



223

Cætera sed fragilis pereunt quia commoda vita,  
In terris voluit conduplicare *DEVS*.  
Ergo pater patriæ *DUX AVGVSTE* inclyte Princeps  
Saxonix, Imperij fida columna sacri.  
Cui noua iam rursus fatis erepta voluptas  
Filius, ô animæ dimidiumq; tuæ.  
Qui tibi cum multis ingentem in pectore luctum  
Liquit, tristitiæ maxima causa nouæ.  
Cuius & erecti magna spe iure parentes  
Diuini fuerant, cum ditioe, boni,  
Ipse quod ostendit tantum *DEVS*, abstulit orbi  
Heu citò tam præstans lætificumq; decus.  
Audet vt ingrato mundus contemnere fastu,  
Ex oculis remouet sic sua dona Deus.  
Sed quoq; cum tristi Respublica clade laborat,  
Intrant priuatos publica damna thoros.  
Nunc igitur mœsto pietatem corde fatetur,  
Subdita dum Domini turba dolore dolet.  
At tu chare pater patriæ moderare dolori  
Immodico, & luctus contrahe vela tui.  
Magna quidem in charo *FRIDERICO* cura recumbit,  
Nec patitur mentem stare paternus amor. (bit,  
Attamen in sapiente Dei bonitate quiesces,  
Cunctaq; magnanimo pectore dura feres.  
Cætera qui vincis, patrium quoq; vince dolorem,  
Luctus & incipiat lenior esse tuus.

A 3

Hæc



Hæc qui dona pius dederat **D E V S**, abstulit idem:  
    V sibus, haud proprio mancipiõue dedit.  
Est bona, propitia & sapiens diuina voluntas,  
    Sensibus humanis dura sit illa licet.  
Munera qui rapuit, magno cum fœnore reddet  
    Plura, nec incassum vota perire sinet.  
Posteritas iusti multum benedicta vigebit,  
    Atq; piũ stabiles semper habebit opes.  
Natorum longo nascentur in ordine nati,  
    Plurima Saxonicae fortia fulcra domus.  
Et nunc ille tuus **F R I D E R I C V S** sede receptus  
    Ætherea, viuit lætior ante Deum.  
Iucunda fruitur nunc consuetudine cœli,  
    Percipit in **C H R I S T I** gaudia grata sinu.  
Angelicisq; choris insertus in æthere gaudet  
    Spiritus æternum concelebrare **D E V M**.  
Cum Sol iustitiæ tumulis reuocabit ab imis  
    **C H R I S T V S**, vt humanum iudicet omne genus:  
Ipsa caro carni iungetur, & ossibus ossa,  
    Spiritus & membris consociatus erit.  
Tunc pura nostros renouabit imagine vultus,  
    Tunc similes erimus rursus, vt antè, Deo.  
Tunc fragilis vitæ pensabit damna perenni,  
    Et bona multiplici fœnore restituet.  
Lætitia sancti perfusi & luce beata  
    Conspectu vtentur colloquioq; Dei.

Tunc



Tunc dabitur notas audire & reddere voces,  
 Agnitio veteris mutua amoris erit.  
 Tunc sacra dulcisonis Deitas celebrabitur hymnis,  
 Tunc Deus in sanctis omnia solus erit.  
 Talia dicta tibi patriæ Pater, inclyte Princeps  
 Solliciti luctus forte leuamen erunt.  
 At tu Christe Dei soboles, & imago parentis,  
 Quo bene consistunt regia sceptrâ Duce :  
 AVGVSTVM tutare Ducem, Respublica saluo  
 Principe, perpetuis floreat vsq; bonis.  
 Relligio, & leges, synceri & dogmata verbi,  
 Cum Musis vigeat pacis & alma quies.  
 ANNAq; magnanimo cum Principe regia coniunx  
 Prospera Cumææ secula vatis agat.  
 Præterea dulces natos & dulcia partu  
 Illustri pariat pignora multa thoro.  
 Deinde etiam dictus Christi de nomine Princeps  
 Filius augustum proferat ipse genus.  
 Deniq; tota domus virtute opibusq; potenter  
 Floreat & cunctis multiplicata bonis.  
 Omnia sic cedant diuinæ laudis honori,  
 Sit pia perpetuis turba beata bonis.

Illustrissimæ Celsitudini tuæ

Subiectissimus

M. Martinus Henricus Pro-  
 fessor Academiae VVite-  
 bergensis.



No 7567 OK

Tunc dabitur nobis iudicium & reddere vocas  
Agnitio veteris multa minoris erit  
Tunc facta dulcoris Deitas celebrabitur hinc  
Tunc dicitur ipse  
Sollicitus luctus forte ieiunium erunt  
At in Christo Dei soboles & magno partibus  
Que bene consistunt regis scripta Duce  
Auctorem iure Dicitur, Republica salus  
Principe perpetua florat via bonis  
Religio, & leges sincere & dogmata verbi  
Cum vultu viget pace & alia quae  
Aurea magnanimo quae iudicium conuenit  
Prosperum Curiam: secula vasa sagae  
Partes dulces nates & dulcis partem  
Illustri pariter pignora multa thoro  
Deinde enim dicitur Christi de nomine Principis  
Florant in pace  
Deinde tota domus vultu  
Florant & cunctis multiplicata bonis  
Omnia se cedant diuina laudis honor  
Sic pia perpetuus in da beata bonis

Illustrissimus Celsissimus  
Sublimissimus  
M. Martinus Henricus Pro  
Rector Academiae Vite  
bergensis

nc





**ULB Halle**  
004 972 430



3












h. 29, 29. Q. 23 (29)

T

V c  
2562

ELEGIA  
IN OBITVM IL-  
LVRTRISSIMI PRINCI-  
PIS D. FRIDERICI SA-  
xonix Ducis &c. Filij illustrissimi & clemen-  
tissimi Principis ac Domini AVGV-  
STI Ducis Saxonix Electoris, Landgrauj  
Turingix, Marchionis Misnix, &  
Burggrauj Magdebur-  
genlis, &c.  
*Scripta à*  
M. Martino Henrico Saganensi.  
  
VVITEBERGAE  
EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO,  
ANNO M. D. LXXVI.

